sanus mente et corpore exstitit publice recognovit, quia Nobili Andree Thurzan
ski dicto Loy summam quinquaginta quinque florenorum pecuniae monetae Polonicae certi
veri et liquidi debiti mutuatoque pecuniae tantum et est debitus praesen
tibusque obligatur pro Dominica quadragesimali Letare proximi ven
tura hic ad acta praesentia in Castro praedicti daturum et in effectu persolu
turum, nec itaque ab eisdem actis exfidejussurum sub vadio similis sum
me quinquaginta quinque florenorum pecuniae monetae Polonicae in casu non solutio
nis summae essentialis pro tempore solutioni assignatae ad solutionem
irremissibiliter et de facto succumbere, quod vadium sine quovis strepi
tu iuris in crastino dicti solutioni assignatae in summam essentialem et capi
tale debitum centum et decem florenorum pecuniae monetae Polonicae convertetur con
vertique debet, ac in omnibus bonis hereditariis praefati Thurzagli summa
simul iuncta extendatur, Porro praedictus recognoscens se successores
super bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus obligat et inscribit pre
sentem inscriptionem ex actis praesentibus ad acta terrestria Premisliensia ante de
cursum unius anni transferre et transportare, similemque vel si
opus fuerit meliorem recognitionem facere sub vadio simili quinquaginta
quinque florenorum pecuniae monetae Polonicae. Pro quo vadio et vadiis ex
re quatenus succubitur et succumbere ac ipsa summa dictus recognoscens
cum suis successoribus per dictum Creditorem et posteros eius citus, Omnis pro
suo quovis proprio foro et iurisdictione competente, coram praedicto Officio
Castrensi Premisliensi cui se ad quod scilicet citatur actus praesentis respectu
cum bonis et successoribus suis quo ad respondendum subiicit, in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare parere, rendere ac praefatum vadio
et vadiis ab officio non recedere, ipsa satisfacere tenebitur et successores
eius tenebuntur, omnibus exceptionibus controversiis praescriptionibus
suspensionibus vere vel simplici infirmitatibus actione praeva
iori, ad quietem dilationem non petendum, motionibus appellationibus
earumque prosequutionibus legalibus quibusvis impedimentis, poena tri
um marcarum et triplici poena ac aliis omnibus quatenus dilationibus iuris
remediis semotis et in parte rejectis, nulla praescriptione terrae in praemissis
obstante.

Therleczki renovat inscriptionem Berezan

gli. Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensi Premi
gliensi Nobilis Lechno Therleczki filius Nobilis Fietgho Therleczki
Kardassowicz mente et corpore sanus exstitit, a iure foro suo proprio qui
busvis recedendo praedicto Castrensi Premisliensi iurisdictioni se successores
ac bona sua omnia quo ad infrascripta tantum attinet in corporum et subiectionem
publice perexpressumque suo et praefati Fietgho Therleczki praesentis
nominibus cavendo pro illius ratihabitione ac se et suos successores in omnibus
bonis suis ratione infrascriptorum obligando, et hoc renovando et denuo reco
gnoscendo eandem inscriptionem in actis praesentibus de actu feria tertia post do

minicam quadragesimalem oculi proxima anni Domini millesimi quingentesimi
septuagesimi sexti contentum recognovit, quia Nobili Dmitri Berezanski
et eius successoribus ad summam priorem originalem octingentorum florenorum pecuniae
ipsi per eosdem Fietghoprem et Lechno filium Therleczki in sortibus
suis in villis Therlo Lubaczow et Rossocki actis praesentibus inscriptis et
assecuratis, ducentos florenorum pecuniae monetae Polonicae adscribit, adiungit annec
tit et associat, et hoc in eisdem bonis in originali inscriptione contentum. In qua
quidem summa simul iunctis mille florenorum pecuniae praedictus Dmitri Berezanski
bona praefata in originali inscriptione contentum, cum omni iure dominio pro
praetate tenebit habebit et possidebit illisque utifruetur cum posteris
usque ad exemptionem et simul praefatae mille florenorum pecuniae plenariam
persolutionem, Iamque exinde praefatus Lechno eidem dat et admittit in
bona praefata in summa eadem adscriptitia realem intentionem cum actuali et pa
cifica possessione per Mandatum terrestrium quemcumque. Nihilominus praefatus
Lechno Therleczki de et suos successores super omnibus bonis suis
obligat et inscribit praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Premi
sliensia ante decursum unius anni transferre transportare, similemque
vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere, sub vadio similis summae
ducentorum florenorum pecuniae. Pro quo quidem vadio praefatus recognoscens
cum suis successoribus citus extunc foro suo quovis proprio omnisso
coram Castrensi Capitaneali Premisliensi officio in primo citationis termino tan
quam peremptorio stare parere rendere ac pro praefato vadio om
nibus exceptionibus controversiis praescriptionibus suspensionibus lega
libus quibusvis impedimentis, vera vel simplici infirmitatibus actione pre
maiori, ad quietem dilationem non petendum, motionibus appellationibus earumque
prosecutionibus poena tum marcarum et triplici poena ac aliis omnibus
generaliter dilationibus iuris remediis semotis et in parte rejectis sa
tisfacere cum suis posteris tenebitur quoque opus fuerit tenebitur. Nulla pre
scriptione terrae in praemissis obstante. Et hinc praefatus Fietgho Ther
leczki [illegible] officio et actis praesentibus personaliter [illegible]
a iure foro suo quovis proprio recedendo, et se praedicti iurisdictioni Castrensi Pre
misliensi cum successoribus bonisque suis omnibus subiicendo publice perexpressumque
recognovit, quia super inscriptionem praedictam quo ad ipsius pertinet super bo
na in quibus se praesentem inscriptionem extendit consentit eandemque in omnibus eius
conditionibus punctis clausulis et articulis approbat confirmat
et ratificat, eandemque summam adscriptitiam summae originali supra iungit
tum et bona in originali inscriptione contentum supra dicta summa adscriptitia
onerat.

Jaworski tenetur alio

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensi Premisliensi No